



Bavariae Sanctae Volvmen ...

Rader, Matthäus

Monachii, M.DC.XXIV.

S. Lvcillvs Presbyter Bataviensis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-79699](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-79699)

B. LVCILLVS

PRESBYTER BATAVIENSIS.

Ethoc Boicæ Diuūque decus nobis Eugippius im-
mortale custodiuit. Fuit Lucillus D. Seuerino perfa-
miliaris, à quo missus ad Gibaldum Alamannorum re-
gem magnam secum captiuorum copiam reduxit.
Idem iussus curare D. Seuerini funus, vt in historia
eiusdem legisti post Sexennium à morte D. Seuerini, eius-
dem tumulum curauit aperiri, vt inde in Italiam, propter barbaro-
rum quas prædixerat Seuerinus, irruptiones transferretur, sic enim
Eugippius, *Tunc omnes incola tanquam de domo seruitutis Aegyptiæ, ita de
quotidiana barbarie frequentissimæ depredationis educti S. Seuerini oracula co-
gnouerunt.* Cuius præcepti non immemor, venerabilis noster presbyter Lucil-
lus dum vniuersi per comitem Pierium compellerentur exire, præmissa cum mo-
nachis vespere psalmodia, sepulture locum imperat aperiri. Quo patefacto,
tantæ nos suauitatis fragrantia omnes circumstantes accepit, vt præ nimio gaudio
atque admiratione prosterneremur in terram: deinde humaniter estimantes of-
fæ funeris inuenire disuncta, nam annus sextus depositionis eius effluxerat, inte-
grum corporis compagem reperimus. Quo miraculo immensās gratias retuli-
mus omnium conditori, quia cadauer sancti, in quo nulla aromata fuerunt con-
dita cum barba pariter & capillis vsque ad illud tempus permansisset illesum.
Linteaminibus igitur immutatis, in loculo, multo jam tempore ante preparato
funus includitur, carpentum trahentibus equis mox euehitur, cunctis nobiscum
prouincialibus idem iter agentibus, qui oppidis super ripam Danubij relictis, per
diuersas Italiæ regiones varias suæ permigrationis sortiti sunt sedes. Sancti
itaque corpusculum ad castellum nomine montem Feletem multis emensis regio-
nibus apportatum est. Transijt & ipse S. Lucillus cum sancto pigno-
re ad Feletem montem, in quo ad tumulum Seuerini mutus fari
cepit viuo adhuc Lucillo. Gasper Bruschi in Patauia de eodem
inhæc verba tradit, *Circa hæc tempora Patauiensi etiam vrbi aliquandiu
concionatus est Lucillus quidam vir pius & in doctrina Christi eruditus, qui S.
Seuerini discipulus fuit & ab eodem ex Fabianensi cella vna cum Maximo quo-
dam (qui Salisburgi docuit) ad Bauariæ populos ab impijs Arianorum furoribus
in viam veritatis reducendos missus, circa annum Domini CCCCLX. tan-
dem Fabianensis designatus Episcopus post Martianum.*
Diem etiam inquit Eugippius, quo transiturus esset idem beatus Seuerinus è cor-
pore ante duos & amplius annos hac significatione monstrauit. Epiphanius
die

CCCC, LXXX.
Eugippius in S. Seue-
rino. c. 45.

Cap. 45.

Brusch. in Pat. l. 7.
p. 46.

Iam hoc supra in Mar-
tiano refutatum.

die cum S. Lucillus presbyter abbas sui S. Valentini Retiarum quondam Episcopi diem depositionis annua solemnitate in crastinum celebraturus sollicitus inuississet, idem famulus Dei ita respondit, si beatus Valentinus hæc tibi celebranda solemnia delegauit, ego quoque tibi in eodem die Vigiliarum mearum studia obseruanda migraturus e corpore derelinquo. Ille his sermonibus tremefactus cum se magis, utpote homo decrepitu enixius commendaret, quasi primitus transiturus adiecit. Hoc erit sancte presbyter, quod audisti, nec enim Domini constitutum humana voluntate prateriet. Nec plura de hoc, quod sciam, cognoui. Sanctum ubique presbyterum nominat Eugippius, nec perinde ceteros sacerdotes hoc nomine afficere consuetus. Huiusmodi in Bataviensium pontificum syllabo hunc Lucillum Fabianensem facit pontificem, qua fide, lector censeat; ego infulatum nusquam legi.



S. LVPVS RATISPON. EPISCOPVS.



R. Sad. Senior. f.

6

Cum quateret victor Mars Norica mœnia Bonus,
Et fugerent Latij Boica pila duces;
Ac fureret Bellona ferox, neque parceret aris,
Sterneret et totas, ceu sata grando, vias,

Pro grege sollicitus defendit ouilia pastor,
Et Lupus aduersum constitit ore lupos.
Quam malè sœpe bonis quadrant mala nomina rebus!
Non lupo iste Lupus, pastor ouisq. fuit.

C 3

S. LVPVS

DE ALIIS EPISCOPIS ET ABATIBUS

ET ALIIS ECCLESIASTICIS



ALIAS

C